plus de se fatetur. Ego autem mente
consencio legi dei: carne autem
legi peccati. Ex parte quidem coheret. et
ex parte dissidet: donec veniat
quod perfectum est: et quod ex parte e-
vacuetur. Quarta est igno
rancia: quam et ipsam nobis plu
rimum obesse non ignoratis. Quo enim
pacto voluntatem primam sequar: cu
ius ignoro causam. Cognosco autem
tantum ex parte: et necdum sicut cog
nitus sum. Praeterea querenda
sunt nobis cum omni desiderio
incrementa prudentie: ut ma
gis ac magis nota fiat no
bis voluntas sua: ut faciamus
quid acceptum sit ei omni tempore. Hec
vero tunc consummacio unionem
illam tam felicem tam desidera
bilem consummabit: ut sit nobis
cum deo una voluntas: et quecumque
ei placent. placeant similiter et nobis:
atque hoc nobis erit ut de an
gelis superdictum est omnino perfecta io
cunditas. Oramus autem ut ad
veniat regnum domini: quo inde
liceat nobis plena sit de regni
potentate securitas. Cum autem
petimus ut sanctificetur nomen
eius: omnino super nos in eius
noticiam pergere concupiscimus.
Ubi minimum nobis in nobis.
et felix securitas. et secura se-
cura felicitas: in eum qui super
nos est tota iam spiritus vehe
mencia rapiemur. Sanctificetur
nomen tuum. Nomen eius. glo
ria eius. Et illa quidem non factum
fieri tamen dicitur sancta gloria eius.
cum in sanctitate glorificatur a
nobis: sicut et voluntas que
eterna est in nobis fieri postu
lamus. Hoc quidem primum fieri pe
timus quod maximum est: ut nobis
glorie eius innotescat sancti
tas illibata. Exinde quod ad

nos spectat optimus: et regni
potentem appetere securitatem: et volu
tatis eius in nobis perfectionem appe
tere cupiditate. Sed quia necdum illa
perfectione gaudentes. non sine
magno labore divine possimus
obtemperare voluntati: opus est
pane cotidiano. Sepius quidem
libere intes ab ea. et delinquen
tes. hoc est derelinquentes eam:
veniam pro indulgencia supplicamus
dicentes. Dimitte nobis debi
ta nostra: et cetera. Ac ne forte in eadem
recidamus. post acceptam veni
am proinde orandus a nobis
idem pie est. ne inducat nos
in temptacionem: sed magis e-
ducat nos. et liberet a malo.

In xl. de ieiunio.

Rogo vos dilectissimi.
totam devocionem susci
pite quadragesima
le ieiunium: quod non
sola abstinencia commendat: sed
multo magis sanctimonia. Ita si de
vote usque modo ieiunavimus: nunc
quam sancto hoc tempore ieiunandum
nobis est multo devocius.
Si quidem enim addit ad solitam ab
stinencie modum: nunquam non val
de indignum. sit nobis onerosum
sit. quod eciam portat universa
nobiscum. Hactenus usque ad no
nam ieiunavimus soli: nunc usque
ad vesperam ieiunabit nobis
cum pariter universi: reges et
principes. clerus cum populo:
nobiles et ignobiles: simul
in unum dives et pauper. Hoc
ideo dixerim fratres. ne quis
forte turbetur a pusillanimi
tate spiritus: et ieiunium presens
maiori devocione suscipiat:
dum se fortasse meminerit
prioris ieiunii pondus satis
difficile tolerasse. Hoc enim

Id hoc

quantum potest laborat adversarius in-
ut holocaustum nostrum devotionis
pinguedine vacuetur. ut ergo nos-
trum acceptum sit deo. et conscie- immo
ntia nostra in spiritali gaudio exhi-
laretur: sicut de pusillanimitate
tolerantie. etiam conscientie pusil-
lanimitas generetur. Cuius astu-
tias non ignorantes: toto ob-
secro adversus eum sollicitudine
vigilemus. Et quia hilarem datorem
diligit deus. et ipsa quoque con-
scientia nostra ampliori exinde
fiducia sublevatur: ut devoti-
ora sint nostra ieiunia: sollici-
te nobis totius ecclesie proponamus
exempla. ¶ Sed quid de his
loquor quos habemus in hac
ieiuniorum observatione consor-
tes: quasi non magis excellentio-
res habeamus in ea duces pri-
mo et sectatores. Nempe de
vocatione suscipiendum nobis est
quod a sancto moyse tamquam here-
ditario iure descendit: cui spe-
ciali pre ceteris prophetis preroga-
tiva facie ad faciem dominus loque-
batur. Quanto fervore est amplec-
tendum: quod helyas ille comme-
dat igneo curru raptus in celum.
Etenim cum multa millia a di-
ebus illis generalis conditio
mortis invaserit: helyas tamen
usque adhuc conservatus a domino
manus eius evasit. Iam vero
si commendat ieiunium patribus moy-
ses et helyas. quantumvis magni
tamen conservi nostri: quantum comme-
illud dat ihesus christus dominus noster
quia et ipse diebus totidem
ieiunavit. Qualis ille est non
dicam monachus. sed christianus:
qui minus devote ieiunium sus-
cipit quod ei tradidit ipse cristus.
Denique tanto devotius pre-
tendum est nobis dilectissimi
cristi ieiunantis exemplum:

quanto certius est oportere nos cum eo ieiu-
nasse: non oportere sine eo. ¶ Ieiune-
mus ergo libenter et devote ieiunemus
sancto hoc quadragesime tempore:
ita sane ut noverimus quadrage-
simam nostram non solos quadragin-
ta habere dies. Continuanda enim
nobis est quadragesima cunctis
diebus misere huius vite: donec
per angelum gratie que in quatuor
ewangeliis commendatur hoc est
decalogum legis impleamus. Erit
plane qui paucissimos dies is-
tos ad penitentiam sufficere cre-
dit: cum totum vite huius tempus
constet ad nichil aliud consti-
tutum. Querite dominum ait propheta
non solum quadraginta diebus sed
dum inveniri potest: invocate
eum dum prope est. Requiem enim tunc
erit invocandi tempus. quando ne-
mini proximus erit deus: sed
aliis quidem presens: aliis non
nimis valde remotus. In-
terim sane ex eo quod proximus dici-
tur manifestum est quod nondum ha-
betur: et cum haberi et inveniri
facile potest. Quis tibi videtur pro-
ximus fuisse ei qui incidit in la-
trones. Utique qui fecit misericor-
diam. Ergo quia toto hoc tempo-
re proximus est. querite dominum
dum inveniri potest: invoca-
te eum dum prope est. ¶ Verum-
tamen pars ista quadragesima maio-
ri nobis est fervore querenda:
que non solum pars. sed et
sacramentum est totius temporis huius.
Propterea si forte diebus ceteris
studia vestra aliquatenus intepue-
rint: dignum est ut nunc in fer-
vore spiritus recalescant. ¶ Quod
si gula sola peccavit: sola quoque
ieiunet. et sufficit. Si vero pec-
caverunt et membra cetera:
cur non ieiunent et ipsa? Ie-

iunet g° oculus qui depredatus
est animā: ieiunet auris. ieiu-
net lingua. ieiunet manus: ie-
iunet et aīa ipā. Ieiunet oculꝯ
a curiosis aspectibꝰ. et omni
petulancia: ut bene humiliatus
careat in pena: qui male liber
vagabatur in culpa. Ieiunet au-
ris nequiter pruriens a fabu-
lis et rumoribus: et quecumque o-
ciosa sunt: et ad salutē minime
ptinencia. ¶ Ieiunet lingua a
detractione. et murmuratione.
ab inutilibus. vanis. atque scurri-
libus uerbis: interdū quoque
ob grauitatē silencij. et ab ip-
sis que videri poterunt neccīa.
¶ Ieiunet manꝯ ab ociosis sig-
nis: et ab operibus omnibus que
non sunt imperata. ¶ Sed et
multomagis anima ipā ieiunet
a vicijs et ppria voluntate sua.
Etenim sine ieiunio hoc. cetera
a dn̄o reprobantur: sicut scriptū ē.
Quia in diebus ieiuniorū vrorum
inueniunt voluntates vestre.

Incipit de eo qd̄ scriptū ē sanctificate ie-
iuniū. vocate cetum

Quia ieiunij quadra-
gesimalis tempus
aduenit. qd° tota
deuotione suscipe-
mones caritate vestrā: dignū
reor aliquatenꝯ exponere: quo
fructu. et quemadmodū oporte-
at ieiunare. ¶ Primū quidē
fit eo quod ab ipsis quoque lici-
tis abstinemꝯ: ea nobis que
prius commisimꝯ illicita condo-
nantur. Quid uero est condonari
commissa: nisi ieiunio breui ie-
iunia redimi sempiterna. Ge-
hennā quoque meruimꝯ ubi nul-
lus vmquam cibus est: consolacio
nulla. terminꝯ nullꝯ: ubi gut-
tam aque diues postulat: et ac-
cipe non meret. Bonū est g° et sa-
lutare ieiuniū quo redimuntur eterna
supplicia: dū redimunt hoc mō
peccata. Non solū aut abolicio
est peccatorum. sed extirpacio vicio-
rum: nō solū optinet veniā. sed
et meretur graciam: non solū delet
peccata preterita que commisimꝯ: sed
et repellit futura que committere
poteramꝯ. ¶ Quam vnū adhuc
qd° facile capiatis: sepius in
fallor expti. Ieiuniū orōm de-
uocionem et fiduciā donat.
Et vide quadmodū sibi mutuē
et ieiuniū et oracio fauent:
sicut scriptū est. Frater adiu-
uans fratrem: ambo consola-
buntur. Oracio virtute impetrat
ieiunandi: et ieiuniū graciam
promeretur orandi. Ieiuniū orōnē
roborat: orō sanctificat ieiu-
niū: et dn̄o representat. Quid
em̄ nobis ieiuniū proderit:
si relinquatur in terra qd° absit.
Dubleuetur g° ieiuniū penna q̄-
dam orōnis. Verū hiuc ne
forte minꝯ sufficiat alterum
quoque nc̄e est sociari. Oracio
iusti ceu scriptum: penetrat
celos. ¶ Dent g° ieiunio mō
ut facile celos penetret ale
due: orōnis scilicet atque iusti-
cie. Iusticia uero que est: nisi
que cuique reddit qd° suū est.
Noli g° quasi solū attendere
deum: debitor es eciā platis
et fratribus tuis: nec vult deus
ut parpendas. quos ipē quoque
minime parpendit. Reus em̄
sine causa ceu apostolus. Pro-
uidetes bona non tm̄ corā
deo: sed eciā corā hominibus
¶ Dicebas fortasse: sufficit

michi: si tantum deus approbat
quod ago? que michi de humano iu-
dicio? Sed certus sis quia ei
minime placet quidquid cum scandalo
filiorum eius, et contra volunta-
tem ipsius feceris: cui obedire
te tamquam eius oportebat vicario.
Sanctificate inquit ieiunium:
vocate cetum. Quid est cetum vo-
care? Unitatem servate, pacem
diligite: fraternitatem amate. Dup-
plus ille phariseus ieiunium ha-
buit. Ieiunium sanctificavit: qui
minimum et ieiunavit bis in
sabbato, et gratias egit deo? sed
non vocavit cetum dicens: non
sum sicut ceteri hominum. ideoque
ala una intendens ieiunium eius
non pervenit ad celum. Vos
igitur fratres lavate manus vestras
in sanguine peccatoris? et omni
solliciti estote ut alas duas
habeat ieiunium vestrum, sancti-
moniam scilicet et pacem: sine
qua nemo videbit deum. Sancti-
ficate ieiunium: ut pura intencio
et devota oratio illud divine
offerat maiestati. Vocate ce-
tum: ut congruat unitati.
Laudate dominum in tympano et
choro: ut concors sit mortifica-
tio carnis. Porro quia et de
ieiunio et de iusticia aliquid
diximus: dignum est ut de oratione
quoque pauca loquamur. Hec
enim quanto efficacior est si fi-
at ut debet: tanto callidius
impediri et ab adversario solet.
Interdum enim graviter impeditur
oratio a pusillanimitate spiritus: et
timore immoderato. Hoc autem
tunc solet fieri cum sic cogitat
homo propriam indignitatem: ut
non convertat oculos ad divinam
benignitatem. Abyssus enim ab-
yssum invocat? abyssus lu-
minosa abyssum tenebrosam: abys-
sus misericordie abyssum miserie. Pro-
fundum namque cor hominis et inscr-
utabile. Sed si magna est
iniquitas mea: multo maior est
domine pietas tua. Ideoque cum ad
memetipsum turbata fuerit anima
mea: memor sum multitudinis
misericordie tue. et respiro mea? et
cum introiero in potencias tuas:
nolo memorari iusticie tue solius.
Periculum sicut periculum est si fuerit
oratio nimis timida: sic in con-
traria parte non minus immo et
maius periculum est: si forte fu-
erit temeraria. De hiis qui
sic orant: audi quid loquatur
ad prophetam dominus. Clama ne
cesses: quasi tuba exalta vo-
cem tuam. Quasi tuba inquit:
quia in spiritu vehementi increpan-
di sunt temerarii. Me etenim
de die in diem querunt: qui se ip-
sos nondum invenerunt. Nec hoc
dico ut peccatoribus auferam oran-
di fiduciam: sed volo eos ora-
re tamquam gentem que peccatum fecerit,
non iustitiam. Orent pro indul-
gencia peccatorum suorum in animo
contrito et spiritu humilitatis: quemad-
modum publicanus ille. Deus
inquit propicius esto michi pecca-
tori. Temeritatem dico? quando is,
in cuius consciencia peccatum adhuc a-
vivum aliquod regnat: ambu-
lat in magnis et mirabilibus
super se: minus sollicitus de peri-
culo anime sue. Tercium peri-
culum est: si sit oratio tepida: et
non ex viva affectione procedens.
Timida quidem oratio celum non
penetrat? quia restringit animum
timor immoderatus: ut oratio non
dicam ascendere, sed nec prodire
queat. Tepida vero in ascensu
languescit et deficit: eo quod non

habeat vigorem. Nam bernica
ria ascendit. sed resilit. resis-
tit enim ei. nec tantum optinet gra-
ciam; sed meretur offensam. Quocum-
que fidelibus. et humilibus et fervens
oro fuerit: celum sine dubio
penetrabit. Unde certum est:
quod vacua redire non possit.

Item de epistola modo
orationis sermo.

Caritas qua pro vobis
sollicitatus sum fratres
mei cogit ut loquar
vobis: et urgente ea multo
sepius loquerer: nisi tam mul-
tis occupationibus impedirer.
Nec mirum si sollicitus sum pro vobis:
cum inveniam in memetipso mate-
riam multam. et occasionem solli-
citudinis. Quociens enim pro-
priam miseriam. et multimoda
attendo pericula: haud dubi-
um quin ad memetipsum conturbetur
anima mea. Nec minor mihi
sollicitudo est pro singulis
quibusque vestrum: si tamen diligo
vos tamquam me ipsum. Novit ip-
se qui scrutatur corda: quoci-
ens in corde meo proprie solli-
citudini respondeat sollicitudo
vestra. Nec mirum si multa mihi
est sollicitudo. et timor mag-
nus conturbat me super omnibus
vobis: quos video in tanta
miseria. et in tantis constitu-
tos esse periculis. Ipsi enim ut
manifestum est gestamus laque-
um nostrum nobiscum ubique: et cir-
cumferimus inimicum. Car-
nem hanc loquor de pecca-
to natam. in peccato nutritam
corruptam nimis ipsa origine:
sed multo amplius prava

consuetudine viciata. Hinc est
quod tam acriter adversus spiritum con-
cupiscit ~~caro~~. quod assidue murmu-
rat. et impaciens est discipline:
quod illicita suggerit. quod nec ratio-
ni obtemperat: nec inhibetur ul-
lo timore. Huic accedit. hanc
adiuvat. hac utitur ad impugnan-
dos nos callidissimus serpens:
cui nullum aliud desiderium est.
nullum studium. nullum negocium; quam
effundere sanguinem animarum.
Hic est qui vigilat machinatur
malum. qui desideria carnis
instigat: qui concupiscentie ig-
nem naturalem quodammodo vene-
natis suggestionibus sufflat:
illicitos motus inflammat. pec-
candi occasiones parat: et mille
nocendi artibus corda hominum temp-
tare non cessat. Hic est qui ma-
nus nostras proprio cingulo alli-
gat: et ut dicitur: baculo nostro
nos cedit: ut caro que data
est nobis in adiutorium: in rui-
nam nobis et in laqueum fiat.
Sed quid prodest indicasse
pericula: si nulla consolacio nul-
la adhibeantur remedia. Gran-
de quidem periculum et gravius
lucta adversus domesticum hos-
tem: maxime cum nos advene
simus. et ille civis: ille suam
inhabitet regionem: nos exu-
les simus et peregrini. Mag-
num quoque discrimen adversus
dyabolice fraudis astucias.
tam crebros ymo continuos ha-
bere conflictus: quem nec vi-
dere quidem possumus: et quem
nimis astutum fecit tam natura
subtilis. quam longa exercitatio
malicie eius. Verumptamen in
nobis est si vinci nolumus:
et nemo nostrum in hoc certa-
mine deicietur invitus. Sub

te est o homo appetitus tuus: et tu dominaberis illius. Potest inimicus suscitare temptationis motum: sed in te est si volueris dare vel negare consensum. In tua facultate est si volueris inimicum tuum facere servum tuum: ut omnia tibi cooperentur in bonum. Ecce enim instigat inimicus desiderium tibi vanitatis aut impatientie cogitationes ingerit et excitat libidinis motum: tu solummodo ne consenseris: et quoties restiteris: toties coronaberis. Verumtamen negare non possumus fratres: molesta sit hec et periculosa: sed est et in ipso certamine si viriliter resistimus: pia quedam tranquillitas de conscientia bona. Credo etiam si cogitationes istas que cito in nobis oriuntur non patimur remorari: sed in spiritu vehementi eamque adversus illas excitamus: quoniam inimicus confusus abscedet: nec tam libenter illuc revertetur. Sed qui sumus nos aut que est nostra fortitudo: ut tam multis temptationibus resistere valeamus? ¶

Hoc erat certe quod querebat deus. hoc erat quod nos producere satagebat: ut videntes defectum nostrum. et quod non est nobis auxilium aliud: ad eius misericordiam tota humilitate curramus. ¶

Propterea rogo vos fratres. ut semper ad manum habeatis tutissimum orationis refugium: de qua etiam paulo ante memini me in fine sermonis esse locutum. Verumtamen quoties de oratione loquor verba quedam humane cogitationis audire michi videor in corde vestro: que et ab aliis frequenter audivi: et nonnunquam expertus sum vel in memetipso. ¶ Quid enim est quod licet nunquam ab oratione cessemus: vix unquam experiri videtur aliquis nostrum. quis sit orationis sue fructus? Sicut ad orationem accedimus. sic et redire videmur: nemo nobis respondet verbum. nemo quidquam donat: sed laborasse videmur in cassum. Sed quid dicit in ewangelio dominus? Nolite iudicare secundum faciem: sed iustum iudicium iudicate. Quod est autem iustum iudicium. nisi iudicium fidei? quoniam iustus ex fide vivit. Ergo iudicium fidei sequere et non experimentum tuum: quoniam fides quidem verax est: sed et experimentum fallax. Que est ergo veritas fidei: nisi quod promittit ipse filius dei? Quidquid inquit orantes petitis: credite quia accipietis: et fiet vobis. Nemo vestrum fratres parvipendat orationem suam: dico enim vobis: quia ipse ad quem oramus non parvipendit eam. Postquam egressa sit ab ore nostro: ipse scribi eam iubet in libro suo. Et unum e duobus indubitanter sperare possumus: quoniam aut dabit quod petimus: aut quod noverit nobis esse utilius. ¶ Nos enim quid oremus sicut oportet nescimus: sed miseretur ille super ignorantia nostra: et orationem benigne suscipiens. quod nobis aut omnino non est utile. aut non tam cito dari necesse est minime tribuit: oratio tamen infructuosa non erit: ita sane si fecerimus quod monemur in psalmo: id est si delectemur in domino. Ait enim sanctus david. Delectare in domino: et dabit tibi petitiones cordis tui. Sed quid o propheta quod tam absolute mones delectari in domino: ac si ad manum sit huiusmodi delectatio? Delectationem cibi somni. quietis. et ceterorum que

in terra sunt novimus. deus autem
quam delectationem habet ut in eo
delectemur. Fratres mei seculares
hoc dicere possunt: nos non potestis.
Quibus enim verum est. qui non sepe
expertus sit tam sacre bone delecta-
tionis. et qui non gustaverit
saporem castitatis. humilitatis. ca-
ritatis. Non est hec delectatio
tibi neque potus aut cibus cuius-
libet rei. delectatio tamen est. et ma-
ior omnibus illis. Divina enim est
et non carnalis delectatio. et
cum in hiis delectamur: plane
delectamur in domino. Sed fortas-
se causantur multi quod affectum hunc
delectabilem et dulciorem super mel
et favum rarius experiantur: in-
mirum quia temptationibus interim
exercentur. multoque virilius
agunt. si virtutes non pro delecta-
tione quam experiantur: sed pro vir-
tutibus ipsis. et pro solo bene-
placito dei. tota intentione. et
si non tota affectione sectantur.
¶ Nec dubium quin optime
compleat qui huiusmodi est
prophete ammonitionem qua dicit:
delectare in domino: quia non de
affectu loquitur. sed de exercicio.
Affectus enim ille est beatitudinis.
exercicium vero virtutis. Delec-
tare inquit in domino. Ad hoc ten-
de. ad hoc conare. ut in domino
delecteris: et dabit tibi pe-
ticiones cordis tui. Sed con-
sidera quod peticiones cordis
dixerit: quas approbat iu-
dicium cordis. ¶ Nec habes un-
de causeris: sed unde magis to-
to affectu in graciarum actione ver-
seris. ¶ Nunquid enim tanta super
te cura est deo tuo: ut quociens
ignorans queris quod tibi inu-
tile est. non te audiat super hoc:
sed mutet illud utiliori dono.
Sic et pater carnalis parvulo queren-
ti panem libenter porrigit: queren-
ti cultellum quem non necessarium pu-
tat non consentit: sed magis
ipse panem et quem dederit fran-
git. vel ab aliquo ministrorum fran-
gi precipit ut ille nichil habe-
at periculi. nichil laboris. Por-
ro peticiones cordis in tribus
credo consistere. nec video quid
preter illa electus quisquam sibi de-
beat postulare. Duo quidem hu-
ius temporis sunt. id est bona corporis
et bona anime: tercium vero est
beatitudo vite eterne. Nec miremini
quod bona corporis a deo dixerim
esse querenda: quoniam eius sunt
corporalia omnia sicut et spiritualia
bona. Ab eo igitur petendum et spe-
randum nobis: unde possimus interim
sustentari. Verum-
tamen pro necessitatibus anime fre-
quencius nobis est et ferven-
cius: id est pro conquiren-
da gratia dei. atque virtutibus.
Sic et pro vita eterna tota pieta-
te et toto nobis orandum est
desiderio: ubi nimirum et cor-
poris et anime plena et perfecta est
beatitudo. ¶ In hiis igitur tribus
ut cordis peticiones sint: tria
nobis sunt observanda. Nam et
et in prima quidem superfluitas:
et in secunda impuritas: et ela-
cio interdum subrepere solet in tercia.
Nonnunquam enim temporalia queri
solent ad voluptatem: virtutes
ad ostentationem. ¶ Sed etiam
vitam eternam fortassis aliqui non
in humilitate querunt: sed tamen in
fiducia suorum meritorum. ¶ Nec
hoc dico quin acceptam gratiam
fiduciam donet orandi: sed non
oportet ut in ea constituat quis:

qua fiducia impetrandi. Hoc solum
conferunt hec promissa dona: ut
ab ea omnia que tribuit hec sperentur
et etiam ampliora. Sit ergo oratio
que pro temporalibus est, circa solas
necessitates restricta: sit oratio que
pro virtutibus anime est, ab omni im-
puritate aliena, et circa solum
beneplacitum dei intenta: sit ea
que fit pro vita eterna in omni hu-
militate presumens de sola ut
dignum est miseracione [divina]. In sermo
quadragesime de peregrino et
mortuo et crucifixo

Obsecro vos tamquam ad-
uenas et peregrinos:
abstinere [vos] a carnalibus
desideriis que militant adver-
sus animam. Felices qui se in hoc
seculo neque advenas et pegri-
nos exhibent: immaculatos se
custodientes ab eo. Non enim ha-
bemus hic manentem locum: sed
futurum inquirimus. Abstinen-
dum igitur nobis a carnalibus deside-
riis que militant adversus animam:
tamquam advene et peregrini. Pe-
regrinus siquidem via regia in-
cedit: non declinat ad dexteram
neque ad sinistram: et si forte
iurgantes viderit non attendit:
si nubentes, aut choros ducen-
tes, aut aliud quodlibet facientes,
nichilominus transit. quia peregri-
nus est: et non pertinet ad eum
de talibus. Ad patriam suspi-
rat, ad patriam tendit: victum
et vestitum habens non vult aliis o-
nerari. Beatus plane, qui suum
sic agnoscit, sic deplorat in-
colatum: dicens domino. Quoniam adve-
na ego sum apud te et peregrinus:
sicut omnes patres mei. Mag-
num hoc quidem: sed fortassis gra-
dus aliquis altior est. Nam pe-
regrinus et si non admisceat civi-
bus: aliquando forte delectatur videre que
fiunt: aut audire ab aliis, aut
ipse narrare que viderit. Unde
et huiusmodi et si non penitus re-
manet vel declinat, tamen et retar-
datur: dum minus integro pectore mi-
nori anhelat desiderio. Nam
et tantopere potest in hiis delectari
ut iam non solum remoretur, et
minus cito veniat: sed et re-
manens ex toto, nec tandem qui-
dem perveniat. Quis igitur
est magis alienus ab actibus
seculi: quam peregrinus? Profecto
quibus dicit apostolus. Mortui
enim estis: et vita vestra abscon-
dita est cum Christo in deo. Pe-
regrinus nimirum potest sua occa-
sione viatici plus quam oporteat
et declinari querendo: et
pregravari portando. Mor-
tuus si desit etiam ipsa sepul-
tura: non sentit. Sic vitupe-
rantes ut laudantes: sic adu-
lantes audit ut detrahentes:
ymo vero nec audit, quia mortu-
us est. O quam felix mors
que sic immaculatum servat:
ymo penitus alienum facit ab
hoc seculo. Sed necesse est ut qui
non vivit in se: vivat Christus
in illo. Hoc est enim quod dicit
apostolus. Vivo autem iam non ego:
vivit vero in me Christus. Ac
si dicat. Ad alia quidem omnia mor-
tuus sum: non sentio. non atten-
do. non curo: si qua vero sunt
Christi: hec me vivum inveniunt
et paratum. Nam si non aliud pos-
sum. saltem consentio: et pla-
cet quod ad eius honorem fieri
video: displicent que aliter
fiunt. Magnus homo gradus iste:
at fortassis poterit aliquid
adhuc superius inveniri. In

quo igit' queīmq; ? In quo putas.
nisi in eo de quo nūc loqueba
m'? qui raptus est usq; ad ter-
ciū celū. Quis em̄ ꝑhibet ter-
ciū celū dicē? si queē gradū sup
istos poteris inuenire. Audi
igit' ipsum de tanta altitudīe
non in se gloriatē. sed dicētē.
abs- Michi aūt gloriari: nisi in cru
ce dm̄ nr̄i ihū xp̄i? ꝑ quē michi
mūdus crucifixus est: et e
go mūdo. Non solū inquit mor
tuus mūdo. sed et crucifixus?
qd̄ ē ignominiosū genꝰ mortis:
ego illi ꝑit et ipse michi. Oīa
que mundꝰ amat crux m̄ est:
delectacio carnis. honores. di
uicie. vane hoīm laudes. Q̄
nōs mūdus reputat crucē.
illis affixus sum. illis adhereo:
illa toto amplector affectu.
An nō maior iste ē secundo et
pmo gradu? Pegnꝰ si prudēs
est non obliuiscat' sue pegri
nacoīs? licet cū labore ptrā
sit. et nō magnopē secularibꝰ
implicat: mortuus eque bla
da hiꝰ seculi. sicut a spā sp
mt. Cum uēo raptus est usq;
ad terciū celū. crux illi est
omē cui mundus inheret: et
hiis adheret que mūdo crux
eē vident'. Quis in hiis uer-
bis apl̄i illud quoq; nō incōgrue
pt intelligi. crucifixu ei mū
dū reputacoē. ipm̄ uēo mū
dū crucifixū cōpassiōe. Cru
cifixū enim videbat mūdū
obligacoībꝰ uiciorū: et ipse
crucifigebat' ei ꝑ cōpassiōis
affcm̄. Pensemꝰ singuli in
quo gradu quisq; sit positus:
et studeamꝰ ꝑficē de die ī
diem: qm̄ de uirtute in uir-
tutē. videbit' deus deoꝝ ī syon.
Maxime uēo in hoc sancto tēpe
in oīm̄ obsecro puritate cōuersari
studeamꝰ: ubi et tercius et bre
uis dierū nr̄is positus est: ne
despiet humana fragilitas. Ita si
diceret nobis. oīm tpe sollicita es
totē oīno ad custodiēdā purita
tē ur̄e cōuersacoīs: quis non
desperet? Nūc aūt monemi b'
in dierū nr̄a. ocs̄ aliorū tpm
negligēcias emēdare: ut uel
sit gustemꝰ dulcedine pfecte omn
puritatis: et o... dem tēpis tpe
in cōuersacōe nr̄a sce huiꝰ qdra
gesime vestigia clari resplen
deant. Conem' igit' fr̄es sem
hoc tēpꝰ tota deuocōe suscipe
et nūc magis arma spiritualia
repare. Nūc em̄ generalis qdā
totius orbis exercitu cōtra ini
micū saluator cōgredit'. Bti
qui sub tali duce strenue milita
uerint. Toto siquidē āno do
mestica regis familia militat.
et assidue est in bellorū peric
tis: semel aut et certo tempe
vniuersū imperiū gnali cōng'
gacione exercet. Felices uēo
qui domestici merent' dei eē:
quibus dicat apl̄us. Iam nō
estis hospites et aduene: sed
estis ciues scōrū et domesti
ci dei. Quid g' facturi sunt.
qui toto āno pugnare susceꝑe
rūt? qm̄ et ipsi rudebet va
cantes prius. spūalia arma
arripiūt. Vtiq; solito āplius
sollicite opus est insistē pug
ne: ut magna quedā victo
ria. regi nr̄o ad gloriam:
nobis ꝑueniat ad salutē.